

Heinrich Müller Henricus Schapen von

Scrutinium Davidicum Quod exhibet Psalmi Noni Versum II, III, IV, Et V.

Rostochi[i]: Richelius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739998919>


Druck Freier  Zugang



R. U. Med. 1652
(M.!)

Müller, Heinrich

Prof. Schaper, Heinrich von



דָּוִד

SCRUTINIUM DAVIDICUM

Quod exhibet

PSALMI NO-
NI VERSUM

II, III, IV, ET V.

Consentiente Amplissima[^] Facultate
Philosophicâ

*In Academiâ Rostochiensi
Publico ac placido Examine subjiuntur*

PRÆSES

M. HENRICUS Müller/
Rostochiensis,

ET

RESPONDENS

HENRICUS von Schapen/

Osnabrug. Westph.

*In Auditorio Majori die 28. Julii
horis matutinis.*



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typographi,

Anno c1s 1sc LII.

1659

SCRITURAM DAVIDICAM

Quo capite

PSALMI NO.

NI VERBUM

LIB. V. ET VI.

Composita a Johanne Facultate


theologica

in Academia Slesvicensi

Publica a. 1771

PLATES

M. L. N. I. C. I. U. S.



H. R. A. T. I. U. S. S. E. S. S. I. O. N. I. S.

Ordinis Slesvicensis

in Academia Slesvicensi

Publica

1771

Rostock

Georg Johann Neuberger, Typographus

in Rostock



*Ad Praestantiss. Dn. Respondentem,
Domesticum pl. dilectum.*

Attentè Pastoris oves dignoscere gaudent,
Vocem, neu malunt dicta aliena sequi.
Nomen Ovis Tibi dictat idem *Doctissime Schaf,*
Ut trutinè cautè mens tua. Verba DEI.
Nulla dies abeat, quin dictio sacra supersit,
Sic verè referes nomen & omen Ovis.

*Johannes Corfinius Th. D.
Past. D, Mar, & P. P.*



Quam non ante diem properas, nec tempore
cautus
Fausto dormitas sua vis amice, doces
Qui non detrectent vel summe implexa salutem,
Vel desint cautis premia nulla viris.

*Quod amicissimo suo Dno Populari cum voto
verè salutis ex animo gratulatur*

M. Johan Christoph Ottonis.



Hostis ut grandis cecidit Davidis
Ense nudato precibusq; sacris

Candi-

Candidos fundæ dedit ut lapillos
limpidus amnis.

Sic lupi sancti pereunt ovilis
Fortibus Verbi gladiis Magistrum
Perdet Hebræus quoque fons catervam
Hæreticorum.

Inde, Respondens Popularis, illum
limpidum fontem, fideiq; normam
Ritè rimaris specimenq; profers
Dignus honore.

Sic stigis fallax reprobare dogma,
Perge, sic norma fidei probare.
Flumine ex sacro; Deus alme magnis
Annue coeptis,

*Dilectissimo suo Populari de victoria Davidis
Philologicè disputanti scr.*

*Henricus von Lengerken Osnab.
SS. Theol. Stud.*



*J*am Psalmum discis, te quondam discere *ψάλλειν*
Sic juvat, ut Psalmi remq; modumq; scias:
Quæ docuit David, discis, doceas, didicit quod,
Adsit Jova tibi qui fuit autor ei.

Domestico suo carissimo l. m^q; addere
voluit

Johann v. Galiq; Osn.





PARTIS PRIMÆ
PROPOSITIO EX VERSU

II, & III.

VERSUS SECUNDUS:

אודרה יי בכר לפי מספרה כל נפלאותיה;

VERSUS TERTIUS:

אשמחה ואעלצה בך אמרה שמך עליון;

§. I.

Versus hi sunt Thematici & expriment quatuor, 1. *Davidis intentionem*, in verbis אודרה מספרה &c. 2. *Modum perficendi rem intentam*, tum implicitum tum explicitum, in qf. enumeratione partium hominis, qvæ gratiarum actioni inservire possunt, ut cordis, oris, manuum &c. 3. *Objectum materiale*, qvod est יהוה. 4. *Objectum formale gratiarum actionis*, בפלאותיה.

§. 2. *Intentio & Consilium Davidis in vers. 2.* exprimitur duobus emphaticis verbis, אודרה & מספרה. Quorum illud in genere est, aliquem pro meritis celebrare *Gen. 49, 8.* hoc autem idem est qvod, gratias agere & ad suum auctorem beneficia referre. Et hoc quidem in hac materia fit narratione s. enumeratione operum divinorum, qvæ continetur in verbo מספרה à ספר qvod idem est, ac recensuit aliquod dictum aut factum publice, instar Notarii publici, instar Doctoris & Professoris publici, *Pf. 19, 2. Pf. 22, 23.* Hinc סופר est Notarius & Scriba publicus, qui acta publica & res gestas recenset *2. Reg. 12, 10.* item Interpres & Doctor *Esb. 3, 12.* Vult ergo David narrationem operum divinorum esse conspicuam, ut ab omnibus & audiat, & audientibus intelligatur. Adhibet autem Psaltes *future tempore* ad significandam perpetuitatem actus sui Eucharistici, qvod

B

non

Respond.
Henricus
von Scha-
pen) Osna-
brug. West
d. 28. Julij.

non tantum in praesentia beneficia divina praedicare, sed & in posterum eadem grato animo, gratisq; sermonibus in Ecclesia DEI revocare velit. Cui affectuosa celebrationi DEI qq. inservit *Apostrophe*, quando David repente personam mutat, & cum antea dixisset: *Confitebor JHOVAE*; mox DEUM ipsum alloquitur: *Tua mirabilia narrabo, in te labor, tuo nomini psallam* &c. Atque sic omnia hic emphatica, omnia Spiritus Davidici plena, omnia summe affectuosa. *Quem suum animi ardorem in agendis DEO gratiis David ut tanto vehementius exponat, utitur insigni verborum congerie.*

§. 3. *Modus perficiendi gratiarum actionem describitur addita determinatione confessionis, & reliquarum vocum significantia magis amplificatur.* Enumerat enim David partes hominis, quae gratiarum actioni inservire possunt & quae in rem praesentem adducit partim explicitè, partim implicitè cor, os, vultum, pedes & manus, ut omnes gratitudinis specimen ostendant. Nam (1) proficiscitur haec gratiarum actio ex corde, quod serio iatimq; motu magnitudinem beneficiorum divinatorum aestimat: Quod innuit Psaltes verbis: *כבר לב ככל לב* *toto corde meo.* *לב כל לב* idem est quod *לב שלם* 1. Par. 12, 38. sc. cor sincerum, quod magna cum serietate rem agendam intendit. Hinc *לב כל לב* idem est, quod *בתם לבב* Gen. 20, 6. Pf. 101, 2. 1. Reg. 9, 4. 2. Reg. 20, 19. Ef. 38, 3. *בישרת לבב* 1. Reg. 3, 6. *בישר לבב* 1. Par. 29, 17. Hinc *לבי כבר* אורך כבר est *לבב* אורך *בישר לבב* Psal. 119, 7. Opponitur g. Cor. rotum (α) cordi & cordi, b. e. ut *Latinus Interpres* explicat, *duplici cordi*, cordi, quod externa hypocrisis & simulatione plenum est, quod proprium est hominum *διψύχων*, qui aliud extra loquuntur, aliud intus sentiunt Jac. 1, 8. Quod *לב ולב* conjungit & explicat David per *שפתי חלקורי* & *שפתי* labia adulatoria Pf. 12, 3. Ad quem locum R. Salomon notat, per illos, qui *שמראים שלום ויש שנארו* *בלב ולב ודברו* intelligi eos, *שמראים שלום ויש שנארו* Quorum vultus pax, & odium occultatum est in corde ipsorum. Atque sic integritas cordis est serietas pietatis, cui nulla subest fictio, vel hypocrisis. (β) Oseitantiae & reperi in studio pietatis, cultusq; divini, cum Cor. quae dividitur, & semissis vel triens DEO, altera autem pars Mammonae, mundo & Diabolo destinatur

natur *Deut. 5. Matth. 6.* Cum hac sinceritate & serietate conjuncta etiam est perfectio devotionis & summa intensio, in quantum in hac vitâ dari potest. Nam non tantum in corde latet gratiarum actio, sed (2) etiam foras prorumpit. Ideo hanc animi devotionem mox sequitur externa oris confessio, quâ id quod de DEO sentit & credit, palam quoque edisserit & beneficia DEI jactitat Psaltes: *Narrabo mirabilia tua.* Atque hos gradus celebrationis Davidicæ præclare advertit *R. AbenEsra in suo super h. l. comment.* qui ad verbum אורח notat טעם בסתר. Ad verbum אספר v. בגלוי. Ut prius præcedat occulta & interior cordis intentio, eaq; seria & sincera, postea ille cordis conceptus & intentio manifestetur per oralem celebrationem (3) gaudium Spiritus (*Rom. 14, 17. Gal. 5, 22.*) quod est *tum* internum, *tum* externum. *Internum* est, quo benefactoris gratiam sentimus, eâdem delectamur, inq; illam cum summa delectatione rapimur. Hoc innuit David per verbum אשמח א שמה, quod frequenter significat, intrinsecus percipere hilares motus. Hinc tribuitur cordi *Pf. 16, 9. Exod. 4, 12. Zach. 6, 7. Prov. 15, 13. Eccl. 2, 10. Es. 24, 7. 1. Par. 16, 10.* Hinc שמה explicatur per לב טוב *Esth. 5, 9.* & שמחם per רבי רב *1. Reg. 8, 66. 2. Chron. 7, 10.* Usurpatur hoc verbum de gaudio ob Christi in carnem adventum *Es. 9.* Externum autem gaudium est, quod oculorum, pedum, aliorumq; membrorum gestibus & tripudiis ostenditur, quod innuit verbum על, quod tribuitur hominibus, qui tanto gaudio perfusi sunt, ut se circumspiciant, ostentent & gestiant. Est גער præ gaudio gloriosè exsultare. Usurpatur de gaudio Hannæ, super recens nato filio *1. Sam. 2, 1.* detripudio agrorum *1. Par. 16, 32.* Chaldeus explicat vocabulum על modò per ברר, ut h. l. quod est præ nimia cordis lætitia exsultare *Esth. 8, 15.* modò per חקק, quod notat firmitatem, ut ita validum & ingens gaudium significetur *1. Sam. 2, 1.* modò per חרה, quod est lætari, gaudere *Prov. 28, 12.* modò per ער præ gaudio exsilire *Prov. 11, 10.* LXX vivalis verbum ער vertit per ἀγαλλῶσαι, quod, teste *Euthymio*, est qf. ἀγαυῶσαι, præ nimio gaudio subsilire, illudq; aliis gestibus præ se ferre. Hocq; verbo gaudium Mariæ *Luc. 1, 47.* Abrahami ob Christi diem visum *Job. 8, 56.* & spirituale gaudium ex promissione hæreditatis æternæ oriundum.

1. Pet. 1, 6. describitur. De eodem verbo *Basilii in Ps. 32.* (Iuxta Ebraicam editionem 33) sic ait: *Consuetæ & familiaris est vox exultationis in sacris literis clarissimum quendam in rectis animabus statum significans.* Hoc verbum **כָּרַח** Latinus Interpres commode vertit, *Gloriabor.* Est enim gloriatio nihil aliud quam deprædicatio alicujus boni excellentis, quod gloriæ sibi ducit homo gloriosus & singulare super eo gaudium concitat. Hanc suam gloriabundam lætitiã discernit David *tum* à vanæ ostentationis ampullis & sesquipedalibus verbis, quæ gloriabundi homines de bonis caducis jactitant: *tum* à gloriatione justitiorum, qui de operibus & meritis suis gloriantur: per expressam determinationem Objecti, in voce **כָּרַח** (4) nec manus sese continere queunt, sed artificiosissimis modulationibus in laudes DEI prorumpunt. Hinc David: **שָׁמַרְתִּי שִׁמְרִי** *Psallam nomini tuo.* **שָׁמַרְתִּי** significat amputavit, resecurit, ut, vites *Lev. 25, 3.* In Pihel, Psalmum fecit, Citharâ & fidibus cecinit, artificiosum & certis cæsuris ac numeris incisum carmen modulatus est. Hinc **שָׁמַרְתִּי** notat talem Psalmum, cujus membra sunt breviora & singulari cura concisa, adeoq; qf. amputata. Et **שָׁמַרְתִּי** notat minorizationem s. cantum avium variè incisum, qualis est *Philomelæ Cant. 2, 12.* Videmus ergo, qui toto corde confiteri, narrare, lætari, exultare, psallere se dicit, quanto æstu jucundissimorum affectuum prorumpat & totus emphaticus sit David. Nec sufficit Davidi promississe omnem sinceritatem & serietatem, omnem partium perfectionem, omnem conatum & intentionem, sed perpetuitatem quoque & continuationem hujus gratitudinis spondet. Ideo non dicit, confiteor &c. sed confitebor &c. Quibus verbis non excludit temporis presentis rationem, sed illud ipsum, quod jam facit, imposterum qq. se facturum pollicetur. Nam hæc est significantia futurorum verborum in universalibus sententiis, cum sermo est de bonis, quæ semper sunt & perpetuo fieri debent, notante *Buxtorffio l. 2. Thef. Gramm. c. 12.*

S. 4. *Objectum* gratiarum actionis est **יְהוָה**. Quod nomen & Patribus V. T. antè Mosen fuit cognitum *Gen. 9, 26. c. 14, 22. c. 15, 2.* & est appellatio veri DEI propria, sicut patet (1) ex natura nominis proprii, per quam differt à nomine appellativo, quæ est (2) **כָּרַח** **שָׁמַרְתִּי הַתָּאֵר יוֹצֵא בְרִשׁוֹן רַבִּים וְלֵאמֹר כֵּן שָׁמַרְתִּי הַעֲצֵם**
Omne

Omne Nomen appellativum admittit numerum pluralem; proprium non item (β) שם התואר מכואר כוהו הדערה ולת כן שם העצם (β)

Nomen appellativum declaratur per articulum ה; proprium non item

(γ) שם התואר יסמך ולת כן שם העצם (γ) Nomen appellativum ponitur in regimine; proprium non item.

Videatur R. AbenEfra ad Exod. 3. (2) ex peculiari appropriatione hujus vocis ad DEUM

apprehendendum. Nam singulariter dicitur ejus nomen esse Ef. 42,

8. Ad quæ verba David Kimchi ita commentatur: אני יהוה שמי המיוחד

Ego sum JHOVAH, hoc est nomen meum adunatum,

i. e. mihi soli adequatum & propriissimè competens conf. Exod. 3, 15.

c. 15, 3. Jer. 16, 21. Hof. 12, 5. Ps. 83, 19. Dicitur esse magnum nomen

DEI Jer. 44, 26. (3) ex antithesi, quæ hoc Nomen opponitur Baalim

& aliorum Deorum nomini 1 Reg. 18, 21. Mich. 4, 5. (4.) ex genuina

hujus nominis originatione. Descendit enim ab יהוה, quod

proprie loquendo significat ESSE, atque hinc Nomen JHOVAH

בְּעֵצָה וְרִיאַשׁוֹנָה πρώτως & in vi eminentiæ norat essentiam

absolutissimam, essentiam essentiantem, s. summum essentiatorem,

à nullo Esse suum habentem, omnibus tamen rebus ∞ Esse commu-

nificantem, einen selbstständiger GOTT ο πάλαιος εστιν τὸ ἰσχύει

ἀπειρον καὶ ἀόριστον, sicut Damascenus loquitur. Insuper hoc No-

men habet puncta vocalia temporis præterito, præsentis & futuro con-

venientia. Nam ה Cholem matum aortificat tempus præsens: ה

Cametsatum est significativum temporis præteriti: ה Schevatum

characterizat tempus futurum. Quæ est observatio N. Fullerii in append.

ad Miscell. l. 6. p. 192. ed. Leid. Buxtorffii F. in Dissert. PhiloTheol. diss. 5. &

argutam eam quidem magis, quam solidam vocat Sixtinus Amama in

Antibarb. p. 5 4. non tamen argumentis contra agit. Quare exegeti-

cè qf. hoc expressisse viderur Johannes Theologus Ap. 1, 4. c. 4, 8. c.

11, 17. c. 16, 3. in verbis: ὁ ὢν, καὶ ὁ βῶν, καὶ ὁ ἐσόμενος. Hinc Cle-

mens Alexandr. Strom. 1. Τὸ πλεονάζον ὄνομα λέγεται ἰσχύει, ὁ

μετεφωτισμένος, ὁ ὢν καὶ ὁ ἐσόμενος. Et præclare Philo Judæus

in libr. de Vit. Mos. exponit nomen יהוה, ὄνομα τὸ ὄν. Nomen


Entis illius. Quamvis enim res creatæ etiam sint Entia, tamen ha-

bent essentiam suam dependenter à DEO, qui est Ens independens
Act. 17, 28. & in comparatione ad DEUM habent rationem non-Entis
Es. 4, 15 conf. *Cornelius Massus Bitontin.* Epist. Hist. div. p. 218.

§. 5. Cæterum eundem, quem *vers 2* Jhovam vocaverat Psaltes, v. 3. nominat *אלהים* altissimum s. excelssimum. Quod epitheton *אלהים* DEO tribuitur ob summam excellentiam tum essentia, tum potentia, tum gloria infinita; quæ omnes creaturas infinitas superat, omnemq; creatum intellectum excedit, quemadmodum hanc appellationis rationem adsignat David *Pf. 97, 9.* *Quia tu Domine excelsus super omnem terram, valde es exaltatus super omnes Deos, h. e. ut Pf. 96, 4.* loquitur: *Magnus JHOVAH & terribilis valde: terribilis est super omnes Deos, i. e. Angelos, Magistratus, aliosq; Legatos DEI.* Nam & Principes & Magnates dicuntur Celsissimi, ut notat & explicat *Tiraquellus in lib. de nobilit.* tum etiam Idola, quæ veri DEI injuria pro Diis habentur. Quod considerans *Hieronymus in Pf. 38, 19.* sic inquit: *Erigat se qui vult, nos dicimus; Tu solus altissimus: quantumvis quis exaltetur, nos habemus DEUM cui excelsius nomen est.* LXX. adhibent vocem *אלהים*, quæ etiam in N. T. antonomasticè de DEO usurpatur, ut *Luc. 1, 32.* ubi Christus dicitur virtus altissimi, conf. *Act. 7, 48.*

§. 6. *Objectum formale* gratiarum actionis & laudationis summam comprehenditur his verbis: *Narrabo omnia mirabilia tua.* *נפלאותיך* sunt dicta factaq; excelsa, & tam magnitudinis ac pluralitatis, quàm qualitatis respectu ad eò excellentia, ut ea vel ratione quis assequi, vel recipi præstare nequeat: mirabilia & cæteris impossibilia. *Prov. 30, 18. Job. 42, 3. Pf. 72, 18. Pf. 40, 6. Pf. 134, 1. Pf. 136, 4.* Talia DEO suo adscribit Psaltes, cui nullum verbum est impossibile *Luc. 1, 37.* cuique uni talia, quæ omnem captum & potentiam finitam excedunt, efficere est proprium. Ideò dicit: *Tua mirabilia cantabo.* Quod ipsum post eà repetit quando uni DEO adscribit causam lætitiæ ex consideratione horum mirabilium ortæ: *exultabo in te* h. e. propter te, s. ob beneficia mihi & Ecclesiæ præstata. Vocantur ergo opera DEI mirabilia, *partim*, quia transcendunt captum humanum. DEUS enim universæ creaturæ intellectualis intellectum suspendere potest, ut licet

licet omnem vim, conatumq; adhibeat, non tamen rimari queat opera divina, sed vix in eâ subinspicere. Hinc Philosophus *l. 11. Met. c. 7.* rectè inquit, *quod DEUS semper sit quiddam mirabile.* Partim, quia miraculis maximè confirmata sunt. Porro probè notanda est Nota universalis, quam Psaltes hisce mirabilibus DEI præfigit, dicens *se omnia mirabilia DEI cantaturum.* Quo ipso profitetur, se non tantum unius mirabilis victoriæ divinitus contra hostes obtentæ memoriam celebrare, verum etiam unâ cæteras stupendas Ecclesiæ liberationes gratis cogitationibus & sermonibus revocare. Notat autem particula OMNIS vel genera singulorum DEI mirabilium *b. e.* quosvis gubernationis Ecclesiæ modos & quævis beneficia DEI in Ecclesiâ extantia, non autem singula beneficia DEI *Job. 5, 9.* vel etiam potest exclusivè accipi, sicut Lutherus explicat, itâ ut aliorum omnium facta removeat Psaltes & nihil nisi DEI mirabilia se celebraturum profiteatur.

§. 7. Sicut Objectum materiale, ita qq. objectum formale suæ Propositionis David mox iterum inculcat *v. 3.* his verbis: *Psallam nomini tuo.* Nomen DEI in Scripturâ notat (1) appellationem DEI *Exod. 3, 15.* (2) Proprietates, opera & effectus DEI, à quibus DEUS denominatur & celebratur *Pf. 18, 50. Pf. 118, 10. 11. 12.* (3) verbum DEI. Ut enim ex nomine aliquis cognoscitur, sic in verbo suo DEUS agnoscendum se præbet quoad essentiam & quoad voluntatem, *Pf. 5, 12.* (4) Omnem DEI cultum *Micb. 4, 5.* Quando g. David dicit: *Psallam nomini tuo, Altissime;* adhuc evidentius vult significare, mirabilia illa & beneficia, quæ Christus suæ Ecclesiæ præstitit, esse talia, quæ nomen DEI, *b. e.* infinitam ejus essentiam, potentiam, misericordiam & gloriam, ipsi debitam manifestent atque adeo nulli sint imitabilia, quia nulli tale nomen est. Undè ab hoc effectu DEUS mox vocatur Celsissimus. Notanter autem Psaltes vocabulo  affigit Pronomen possessivum ¶ quo ipso discriminat nomen hujus Domini à nominibus & gloria hominum *Pf. 8, 2.*

NAR-

NARRATIO BENEFICIORUM
SPECIALIUM

EX VERSU IV & V

VERSUS QUARTUS:

כְּשׁוֹב אֹיְבֵי אַחֲרָי יִכְשְׁלוּ וְיִאֲבֹדוּ מִפְּנֵיךָ:

VERSUS QUINTUS:

כִּי עָשִׂיתָ מִשְׁפָּטִי וְדִינִי יִשְׁבֵּרָה לְכַסְמֵי שׁוֹפֵט צַדִּיק:

§. 8. Haecenus fuit *Propositio* primæ partis Psalmi, in quâ intendit narrare mirabilia DEI, sequitur jam *Propositionis* executio. Ipsa enumeratio mirabilium DEI beneficiorum, quæ partim sunt singularia, & Davidi inprimis præstita, ejusq; populo proficua, partim toti Ecclesiæ Catholicæ communia.

§. 9. Primum Beneficium particulare est *Perditio hostium Davidis* quam Psalter exponit eleganti *ἀναβάσει* s. gradatione, quâ velut per gradus ab imis ad summa ascendit, sic ut semper posteriores voces majus incrementum & prægnantio rem significationem inferant. *Subjectum* autem de quo prædicatur *פְּרִדִּי* est *אויב דוד* inimicus Davidis.

§. 10. Primus gradus perdicionis est *שיברה לאחור* *retroactio*, vel, *reversio*, quod conversi sunt, vel converterunt se inimici Davidis retrorsum: vel, ut alii in præsentem reddunt, quod convertuntur, vel, convertunt se. In Hebræo est infinitivus cum ב. præfixo *כְּשׁוֹב* qui explicari potest per Gerundium in Do, adhibitis particulis, Quod, cum, dum, quando, & verbum finitum, quemadmodum & Chaldaeus hunc locum reddit *כריתוב* *cum conversus est*: vel per duos Ablativos, quorum alter nominaliter, alter participialiter ponatur, sicut Symmachus vertit: *ἀναστρέψοντες ἡμῶν ἐξ ἐχθρῶν*, revertentibus inimicis meis. LXX Hebraïsmum secuti sunt, *עוּ תָּפִי אֶתְּסַפְּרִי לָאֵי* *ἡμῶν*. Quos imitatur *Vetus Versio Latina*, quæ
ita

ita reddit: in convertendo inimicum meum retrorsum, cuiusmodi phrasis etiam Luc. 2, 43. legitur. Cæterum verbum **שוב** potest vel active accipi h. m. dum inimici mei convertunt se retrorsum: vel ut ad DEUM referatur actio; dum convertis inimicos meos retrorsum, & sic Lutherus; *Dasß du meine Feinde hinter sich getrieben hast.* Conf. Job. 42, 10. Vel etiam neutraliter, quomodo plerique interpretantur; quod *conversi sunt*, vel etiam, *convertuntur inimici mei.* Nam utraqve significatio manifesta est in sacris, activa, Ps. 14, 7. neutralis Ezech. 18, 24. Porro **שוב** אחר **ל** vel **ל** אחר (unde Chaldeus **ל** אחר) converti retrorsum h. l. est in fugam se dare & obverso tergo se hinc proripere, quod Latinis est tergum dare Ps. 44, 11. Conf. Ps. 35, 4.

§. 11. Secundus gradus perditionis est **כשל** Lapsus & ruina, casus & impotentia hostium. Verbum Hebræum est **כשל** quod in Futuro passivo primæ Conjugationis hic habetur, ideoq; *ἀβραῖως* ab Interpretibus hic exponitur. Significat autem hoc verbum, *improvisè ac inopinatò offendere*, pedibus impingere & quidem non citralapsum. Hinc conjungitur cum **נפר** Psal. 27, 2. Jerem. 46, 6. Dan. 11, 19. Per Consequens significat, debilitari vel infirmari. Unde LXX vertunt *ἀδυνήσασθαι*. Symmachus autem eloquitur per Verbum *πεσοκόμεν*, quod est illidi, impingere, atqve iterum adhibet Participium, *ὑπεσοκόμενων*. Notatur ergò progressus exitii hostium, quod eo ipso dum terga dant, impingant atqve infirmantur, ut non possint resistere DEO pro suis pugnanti.

§. 12. Tertius isq; gravissimus gradus est **כנר** exitium, tum temporarium, tum æternum. Nam radix **כנר** significat & illationem pœnæ temporalis Jer. 43, 15. & æternæ Num. 24, 20. Prov. 15, 11. 2. Pet. 3, 7. & *ἵπικω*, opponitur omnigenæ benedictioni piorum Ps. 1. *vers ult.* Perditio hæc est quidem ex ipsis impiis quoad meritum pœnæ, quâ divinitus propter peccata puniuntur Os. 13, 9. A DEO a. est, quatenus ille exercet suam iustitiam vindicatricem. Hinc David describit hanc perditionem mentione Autoris, s. causæ efficientis. Non enim homines sunt, qui tanta mira faciunt, non in ipsorum ma-

C
nu

nu est, ut copias suo exercitu longè numerosiores & fortiores pro-
sternant, & perdat: Altior est causa, quæ hæc mirabilia patrat. Id-
eò David dicit: *Et peribunt מפניך א, vel, coram facie tua* sc. iratâ.
Est enim facies DEI *vel gratiosa*, quâ pios intuetur, eosq; beneficiis
afficit *Num. 6, 25. Ps. 4, 8. vel austera*, quâ impios contuetur, ceu ignis
consumens *Dent. 4, 24. animosq; illorum consternit & horrendo*
terrore percudit Apoc. 6, 16. Hinc pro distincto faciei significatione pii
modò precantur, ut abscondat DEUS faciem suam sc. *inamam Ps. 51, 11.*
modò orant, ut non abscondat faciem sc. *gratiosam Ps. 102, 3.* Vult
ergò David phrasi hæc מפניך יאבדו וצבאותיהם, D E U M ipsum esse
דעצתיהם, ducem summum & præsidem in acie piorum contra hostes,
cujus vindex præsentia hostes ad incitas redigit: & horrendo horrore
percutit. Fundamentum hujus phrasis exstat. *Exod. 14, 24.* ubi dicitur

ויהי כאשר ראתה הבקר והשקף יהוה מחנה מצרים בעמור
מחרת ויהי אש ויענן ויהם את מחנה מצרים
quod DEUS in vigiliâ
matutina (de vigiliis his lege רשי ad h. l.) respexerit ad castra Ægypti-
aca per columnam ignis & nubis, & quod per hunc suum aspectum pro-
fligaverit illa ipsa castra. Hic רשי aspicere DEI, sc. in irâ est causa pro-
fligatorum castrorum Ægyptiacorum. Sic etiam David dicit hostes
suos periisse מפני יהוה א facie JHOVÆ, h. e. DEUM irarum
vultum in suos inimicos vibrasse, & hoc ipso eos profligasse sic
ut hoc uberius claret ex 1. *Sam. 17, 46. & 47.* ubi DEO unice ad-
scribit perditionem communis illius Israelitarum hostis Goliathi,
& ex victoriâ contra Philistæos obtentâ innoscere ait, non suam
virtutem, potentiam ac robur, sed כיש אלהים לישראל
Quod sit DEUS Israël, h. e. in bonum Israël (א) enim hic est
סימן התעורר signum emolumenti) Quinimò expressè inquit:
כי לא ידעו כל הקהל הזה ידעו כל הקהל הזה
cognosceat unusquisque ex hoc caetu כהוה
quod non per gladium, aut per bastam
juvat Dominus כהוה המלחמה כי לוי המלחמה (hoc est, ut ex-
plicat Targum, וי נצחון קרבנות מן קדם הו א DEO est victo-
tia bellica) &c.

§. 13. *Secundum Beneficium Particulare est assertio innocentie Davidis*, cui DEUS in causa justa non defuit: Deprædicat autem David hoc beneficium 1. à *singulari DEI providentia* כִּי עָשִׂיתָ מִשְׁפָּטֵי וְיָדִינִי *Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam.* Iudicium & causa Davidis est justa causa Davidis. Facere iudicium alicujus est amore justitiæ reddere alicui jus suum, s. id quod illi debetur. Sic Deut. 10, 18. de DEO dicitur, quod sit וְיָשִׁיט מִשְׁפָּט וְתוֹם וְאֶלְמֶנֶה *faciens iudicium pupilli & vidua* h. e. tribuens ipsis ex justitia jus ipsorum, absqve omni δωρεφραγία, absqve omni πρεσβωποληψία, sicut *vers. preced.* explicatur, לֹא יִשָּׁט פְּנֵים וְלֹא יִקַּח שֹׁדֵר. Confer qvâ phrasin Ps. 140, 13. Mich. 7, 9. Qvâ rem, phrasin hæc facere iudicium alicujus, convenit cum illa, dare iudicium alicujus Job. 36, 6. iudicare iudicium alicujus Jer. 5, 28. Thren. 3, 59. Exegeticè hæc phrasin qvadammodo explicari potest ex Ps. 17, 2. 146, 7. Fecit ergo DEUS iudicium Davidis, h. e. fecit more suo, & cum iudex sit, officium iudicis etiam exercuit, ac asseruit innocentem Davidem, perq; lapidem ex fundo excussum prostravit Goliathum, alioquin faciem galea fortissima munitum, atqve sic liberavit cum Davide Israelitas ab hostibus injustum bellum inferentibus. Facere causam dicitur DEUS, cum expedit causam innocentis, qvî accusatur, & rei nomine traducitur, ac facit ut ejus probitas omnibus probata & testata reddatur. Proinde hic simul includitur causa impulsiva ad faciendum Davidi iudicium, qvæ est causæ bonitas: Nam Davidi res erat cum blasphemio Goliatho, qvî convitia in exercitum I fraëlis DEI ventis evomebat 1. Sam. 17, 10. Deinde pugnavat pro Israelitis quos Philistæi injuste volebant ejicere ex possessione sua, cum tamen ad eos jure donationis divinæ tota ditio Cananæ pertineret. Eadem phrasin legitur Ps. 140, 13. & convenit cum וְיָדִינִי Jer. 22, 16. Coniungitur cum מִשְׁפָּט Job. 36, 17.

§. 14. 2. *Ab autoritate judicij divini.* יִשְׁבֵר לְכִסֵּן *Confedisti in throno.* Thronus hic commodissimè notat potestatem judicariam, quippè cum iudicii Symbolum sit thronus. DEUS ergo dicitur sedere כָּסֵן vel לְכִסֵּן vel בְּכִסֵּן quando

quando exercet potestatem judiciariam, & in specie, justitiam vindicatricem. Quamdiu enim DEUS differt supplicia impiorum, videtur quasi descendisse de folio justitiæ; cum verò pœnas sumit de improbis, dicitur iterum conscendere vel sedere in tribunali judicii sui. Atque hoc justitiæ divinæ solium intelligit David Ps. 7, 8. cum orat: *regredere in altum*, h. e. opus judicis iniquitatem vindicantis denuo exerce. Nam tribunaalia in sublimi solent collocari loco, ut patet ex Historia Salomonis, qui ad tribunal suum senis gradibus adscendit. Sic cum Israelitæ provocarentur, ut de summa rerum cum Philistæis decertarent, inq; dubiam servitutis & imperii aleam ire sibi viderentur, si per puerum Davidem salutem experirentur, tunc videbatur DEUS qf. negligere populum suum, & discessisse à throno suo judiciario. Sed postquam prostratus fuerat in duello isto Goliathus, tum DEUS qf. recipere se in thronum suum visus est, dum pœnam sumit de Goliatho, & liberali manu asseruit Israelitas per Davidem. Significatur ergo per **ישב** **לכסו** præsentissimum quamvis improvisum DEI auxilium. Notanter autem David adhibet verbum **ישב** quod notat *sessionem, mansionem, habitationem* &c. De DEO autem usurpatum non dicit (1) certum corporis positum, stationi aut ambulationi contradistinctum, nec (2) habitationem s. conversationem in aliquo loco, ut *Exod. 16, 3. Matth. 4, 16.* nec (3) quiescentiam & securitatem, ut *Gen. 49, 24. Zach. 1, 11.* ubi dicitur, quod omnis terra fuerit **ישבת** **ושקמת** *sedens & requiescens* h. e. ut *Paraphrastes Chaldaicus* reddit; **ישבת** **שלוח** *resedit in tranquillitate.* Optimè *Lutherus*; alle Lânder sigen stille. Sed (4) notat officium ejus tum **δίκασ** regium sicut usurpatur hoc verbum *Exod. 11, 5. Deut. 3, 2. 1. Reg. 1, 3. Conf. Ps. 110, 1, cum 1. Cor. 15, 25.* tum **μετὰ** **δικασ** judiciarium, in quo significatu sumitur *Es. 28, 6. Jer. 30, 18.* & sic *h. l.* sumitur. Unde addit Psalter **צדק** **שפט** *judicans justitiam*, h. e. justissimè: *vel; judex justitiæ*, h. e. justissimus. Nota hic **כוח** **הענין**.

תהלה לשם שמים

✠✠✠



NARRATIO BENEFICIO-
RUM GENERALIUM,

A VERSU VI. AD XII. excl.

VERSUS SEXTUS.

Responsa.
Petrus
Conradi,
Itzeboën-
sis Hofsat.
d. 15. Jan.

גַּעְרַת גּוֹיִם אֲנֹכֶרֶת רִשְׁעֵי שָׂמַם מַחִירָה לְעוֹלָם וְעַד:

§. 1.

TRansfert jam David hypothesin ad thesin, atq; à singularibus beneficiis progreditur ad beneficia toti Ecclesiæ Catholicæ communia. Quorum Primum est Repressio & Oppressio hostium.

§. 2. Eleganti autem gradatione utitur David in descriptione Subjecti, tum prædicati. Subjectum sunt hostes, qui nominantur (i.) גוֹיִם gentes, h. e. infideles & à Deo alieni. Nam licet vox גוי sæpius generaliter notet quosvis populos, etiam ipsos Judæos & fideles Exod. 19, 6. tamen, cum opponitur Ecclesiæ, significat populum incredulum, à Republ. Israël's & vera fide alienum, Deoq; abominabilem Ps. 79, 1. & 115, 2. Conf. Ps. 111, 6. & 147, 19. 20. Hinc Petrus גוֹי אֵינְדִּיאֶרְשֶׁתִּי־מִלְּוָם contradistinguit πῖς λαοῖς Ἰσραὴλ Act. 4, 27. (2.) רִשְׁעֵי, improbus, per syllepsin pro רִשְׁעִים improbi Ps. 10, 3. Sunt autem רִשְׁעִים illi, אַחֲרָי מִתְּכַנְנֵי עַל עוֹמְרֵי עַל, ut inquit R. Aben-Esra in Ps. 1, 1. homines inquieti qui malam causam fovent, & non possunt intermittere, quin turbas moveant, aliosq; lædant, qui non possunt animo acquiescere, quin cogitent de aliquo nequam facinore admittendo, qui in continuo nequitix motu instar maris, modò ab hoc, modò ab illo cupidinum vento acti in varia scelerata semper ruunt & vitiorum cænum protrudunt Job. 3, 17. Prov. 4, 16

D

Esa.

Esa. 48, 22. e. 57, 20. 21. Quam significationem inducere videtur pa-
 ronomasia $\text{רשע} \& \text{רשע}$. Transpone enim literas, & utrobique ha-
 bebis רשע , utrobique רשע . Vocat autem David hostes Ecclesie רשע
 propter injustitiam persecutionis & malam eorum causam. In quo sensu
 vox רשע reperitur *Exod. 2, 13.* & opponitur ei qui justus est *Gen. 18, 23.*
 In N. T. abstracto respond. *ἀνομία* sicut constat ex collatione *Pf. 45, 8.*
 cum *Ebr. 1, 9.* R. *Aben-Esra* exponit vocem רשע de viro לבו רשע
 Verum dictum est in *Diss. I.* sententiam eorum, qui statuunt vocem
 לב esse nomen proprium, carere omni fundamento. Quia etiam
 vocabulum quod Hebraeis significat mortem, in simplici posito nun-
 quam reperitur per שח Schureccatum, sed semper per ל cuius ful-
 crum est חולם , ut adeo sensus verborum לבו רשע non pos-
 sit esse, super morte Labben. Nos ergo vocem רשע explicamus in
 singulari numero ἑνα ἁμαρτωλῶς , ita ut suo sub complexu compre-
 hendat omnes רשעים , omnes hostes Ecclesie. (3.) האויב *inimi-*
cus v. 8. ob persecutionem Ecclesie, quam odio persequuntur.

§. 3. Contra hos ergo omnibus temporibus Deus Ecclesie sue
 beneficia praestat, quorum Primum est Repressio & Oppressio hostium,
 quam & ipsam gradatim explicat Pfaltes. Primus gradus est cohibitio
 hostium: נאמר *inrepassi gentes.* Verbum נאמר notat cohibi-
 tionem ac coactionem gravem ac duram *Pf. 18, 16.* seu verbalem *Gen.*
37, 10. *Ruth. 2, 16.* seu realem, ut quando etiam inanimata à Deo dicun-
 tur increpari v. g. mare & ventus *z Sam. 22, 16.* *Es. 27, 13.* *Matth. 8, 26.*
febris Luc. 4, 39. Rabbi *David Kimchi* notat, Verbum נאמר significare
 increpationem verbalem tunc quando construitur cum praepositio-
 ne ב *Gen. 37, 9.* *Jer. 29, 27.* realem verò quando absq; ב construitur
 cum accusativo, & significat idem, quod coëgit, cohibuit, perdidit.
 Sed hanc observationem non esse perpetuam, ostendit locus *Zach. 3, 2.*
 אמר *inrepat Dominus in te, Satan;* & ut LXX. habent,
 $\text{ἐπιτιμήσει κύριος ὁ θεὸς τὸν διάβολον}$. Hic enim habetur ב in fontibus,
 & tamen non tantum verbalis, verum etiam realis, increpatione intelli-
 gitur. Sic etiam *Matth. 17, 18.* Diabolus utroque modo increpatur &
 severa cohibitione cogitur, ut discedat.

§. 4. Secundus gradus est Perditio: אבדת רשע *perdidisti im-*
pium

pium h. e. exitio mactasti eum *tum* temporario, *tum* æterno, sicut v. 4.
verbum כִּבֵּר explicavimus.

S. 5. *Tertius gradus* depingit infaustam hostium Catastrophen, in verbis עֵרָא לְעוֹלָם כִּבֵּרָא שְׁמֵם *Delesti nomen eorum, in seculum seu in æternum.* Deletio nominis hostium potest explicari *tum* de infamia eorum temporaria, ita ut quamvis eorum nomen adhuc sit cognitum, non tamen citrà probrum & sine detestationis præfatione ac dirarum imprecatione in memoriam aliis revocetur: *tum* de omnimoda nominis illius ob literatione: *tum* de ignominia æterna, quâ nomen talium in cælis ex libro viventium est deletum *Pf. 69, 29.* Additur enim expressè duratio illius delezionis verbis sequentibus: עֵרָא לְעוֹלָם Quæ phrasis notat perpetuitatem, non periodicam, seu talem, quæ licet continuo tenore ad tempus benè longum se exporrigat, tamen finem tandem habet, sed absolutissimam, quæ nullo unquam sine terminatur. Nam licet vox עֵרָא aliquando pro subjectâ materia significet seculum & durationem finitam, ut in institutione circumcissionis *Gen. 17, 7. 8.* & sanctione aliarum ceremoniarum Mosaicarum *Exod. 21, 6. Deut. 15, 17. & 32, 7.* tamen, quando conjungitur cum voce עֵרָא semper ipsam æternitatem describit, sicut præclare observavit Theologorum illud Lumen *Dn. D. Henricus Hoffnerus in comment. super Mich. 5, 2.* Cui observationi subijci potest illa *R. Davidis Kimchii,* de punctatione vocis עֵרָא. Quod in majore distinctione cum est ם in fine periodi, & quando cum voce עֵרָא per הַכּוֹר ם præfixum junctum est vocabulum עֵרָא, quod, inquam, semper habeat substratum: Aliàs eum scribitur. Proindè & hic, ubi conjunctum voci עֵרָא mediante ם claudit periodum, puncto: subsignatur.

VERSUS SEPTIMUS.

הַאֵוִיב תִּמוּ חַרְבוֹת לַנֶּצַח וְעֵרָא נִחְשָׁת אֲכַר זְכָרִים הַמֵּוֹרָא:

S. 6. Illustratur hæc erga impios vindicta divina per *affectuosam* חַרְבוֹת לַנֶּצַח, quâ porro asseritur, quod antea dictum fuit. Alii dicunt per *sarcasticam antithesin* exprobrari hostibus irritum conatum. Non enim uno modo hunc versum exponunt *Interpretes,* tam quoad verba, quam quoad orationis formam: Cumq; omnes interpretatio-

nes sensum quodammodo accommodatum præbere videntur, operæ precium est singulas considerare.

§. 7. *Subiectum* in primo membro hujus versus est חרבות *vastitates, s. solitudines*, ut Hieronymus & Symmachus vertunt, eodemque sensu Aquila reddit ἔρημος. LXX. autem habent αἰ ερηφάει, gladii; & Latina Vetus; Fræcæ. Quæ Versio vel inde est, quod legerunt חרבות (Esa. 21, 15.) quam scriptionem Rabbi Jonas Labr. à Genebrardo citatus testatur se in antiquis codicibus invenisse. Vel, quod per instrumentum finem instrumenti intellexerunt, quia vastatio fit per gladium. Unde & apud Hebræos, teste AbenEsa in Exod. 29, 25 gladius à vastando nomen habet חרב. Quapropter & Lutherus, vertit: Die Schwerdt des Feindes.

§. 8. De hoc autem Subjecto prædicatur verbum תמו, quod pro variâ significatione dissimiliter ad Subjectum accommodatur. Nam תמו significat *compleri, perfici & consummari*: item: *deficere, absumi*: item: *perdi*. Hinc LXX. vertunt κατέλιπον, & Latina Vetus; defecerunt, Lutherus, haben ein Ende. Alii autem ad scopum suum referunt primam significationem, ut infra videbimus. Hinc & determinatio prædicato addita non uno modo intelligitur. Nam qui eligunt secundam significationem prædicati, illi determinationem תמו לנצח *in finem, seu perpetuum*, accipiunt de duratione temporis. Qui verò prædicatum in prima significatione sumunt, illi verbum תמו interpretantur de omnimoda vastitate, & planè miserabili excidio, atque ita non tam tempus, quam perfectione devastationis respiciunt. Præterea vastitates & urbes destructas, ac memoriæ interitum alii ad hostes, alii verò ad pios, quibus hanc perniciem hostes machinabantur, referunt.

§. 9. *Formam orationis* quod attinet, alii statuunt esse *enunciativam* alii *interrogativam*. Qui enunciativum sensum amplectuntur, conferunt cum priore versu singula membra, & vocem תמו expouunt per Genitivum, ut faciunt LXX, Latina Vetus & Lutherus. Atque sic תמו præfixum erit articulus præpositivus, qui hoc loco determinationem quoddam hominum genus, nempe hostes Ecclesiæ, non tamen certum individuum notat, de quo usu hujus literæ videri potest R. Kimchi in Michlol & Drusus lib. 2. de literis תמו. Hoc ergo modo
primum

primum membrum hujus versus illustrabit increpationem hostium in
preced. vers. positam, quod sc. nihil aliud sit quam cohibitio frum-
 vastaticis hostium, ne illi furorem suum contra Ecclesiam perpe-
 tuent, sed tandem in molimine suo deficiant & dispereant. Deinde
 membro secundo in *vers. preced.* (אברת רשע) responderi alterum in
 hoc *vers.* וערום נהשר Nam עיר & ipsam urbem notat, & urbis in-
 colas. Perditionem autem esse totalem ipsorum interitum, notat ap-
 positum verbum נהש, quod de plantis usurpatum significat radici-
 tus evellere *Jer. 24, 6. 6. 42, 10.* de muris vel aedibus usurpatum est ex
 imis fundamentis evertere & delere, & *Es. 25.* excidio Hierosolymæ
 accommodatur. Deniq; majoris certitudinis ergo repetit, quod ante-
 teà dixit: *Periit memoria eorum una cum ipsis*, vel, *eorum ipsorum*. Non
 enim nomen tantum quo hostes claruerunt, delebitur, sed & ipsa me-
 moria eorum obliterabitur, quasi nunquam fuerint in rerum natura,
 aut certe nunquam digni fuerint, qui noti essent, licet anteà, ubi in
 flore erant, vel ad mentionem nominis eorum omnes se humiliare
 cogentur. Huic affectuosæ asseverationi inservit vox המרה quæ est
 Pronomen plurale Masculinum tertiæ personæ cum ם paragogico,
 & significanter additur Pronomini relativo præcedenti, ut moris esse
 Hebræis docet *Buxtorffius l. 2. Thef. Gramm. p. 377.* Sensus ergo erit;
periit memoria illorum, ipsorum, inquam, illorum. *Lutherus* hypodia-
 stolen hic esse statuit, ac per conjunctionem interpositam exponit in
 casu nominativo: *periit memoria ipsorum et ipsi*. Et in Germanica ver-
 sione; *Ihr Gedächtniß ist umbkommen sambt ihnen* quemadmodum &
Chrysostomus legit, *ὁὐ ἀπὸ τῶν, cum ipsis*, ut sit sensus: Non tantum ipsi
 hostes & civitates eorum in nihilum abierunt, sed etiam memoria
 eorum interiit, & nihil est reliquum, quo sibi memoriam honorifi-
 cam revocare possint. Atq; sic hæc explicatio etiam affectus exube-
 rantiam in describendo hostium excidio exprimit. LXX. reddunt
 μετὰ ἤχου, & *Latina Vetus*; cum sonitu. Cujus Versionis hæc ratio
 assertur, quod legerint המרה, quæ vox significat *fremitum*, sonitum,
 tumultum, à rad. המרה *fremuit*, & tumultuatus est, & ellipsin sta-
 tuerint esse præpositionis cũ, cum fremitu, cum sonitu. Verum hæc ex-
 positio est aliena à litera fontium: Potest tñ. tolerari, si *μετὰ φεγμῶν*
 D 3 accipia-

accipiatur, quod emphasin verborum in fontibus circumloquatur, & ostendat modum, quo hostes pereunt, nempe, cum strepore, fremitu, sonituq;.

§. 10. Qui verò *interrogativè* legunt, in alio significato particulam מִן accipiunt. Nam *alii* volunt illam esse מִן הַשְּׂאֵלָה particulam *interrogationis* vel admirationis, quemadmodum sic usurpatur *Gen. 4.9. Ps. 14.2.* Alii verò putant esse notam vocativi casus, ut *R. Kimchius & Drusus l. c.* qui probationis ergò alia insuper loca citat *Deut. 32. 1. Ps. 114.5. Joël. 1.2.* Uterq; significatus in sensu interrogativo vel coincidit, vel alteruter intelligitur, quemadmodum usitata est hæc ellipsis וְשֵׁן tam interrogativi *Gen. 27.24. Job. 40.20. qvã.* Vocativi *Os. 13.14.*

§. 11. Cùm verò *Interrogatio* sit vel *simplex*, vel figurata seu *ironica*, idèò interrogativum sensum *h. l. Interpretes* faciunt geminum. *R. Aben Esra* simplicem interrogationem eamq; negativam huc accommodat, quã per communicationem appelleretur inimicus & de propria conscientia quærat, annon vera sint, quæ dicat *Psalmes*: Nonne deficient fraxæ vastatrices, quibus Ecclesiam depopulatus es? nonne urbes destructæ sunt, quibus tantoperè confidebas, ô inimice? *quasi d.* maximè. Idèò postea in sequentibus verbis responsionem enunciativam affirmativè subjici censet prædictus *Rabbi* cum aliis *Interpretibus*: imò periit memoria ipsorum, istorum, inquam, ipsorum.

§. 12. *Alii* autem putant, in his verbis esse interrogationem figuratam seu ironiam, quã instituatur *Apostrophe* *Sarcastica* ad inimicum, eiq; per antithesin exprobetur irritus conatus & sibi met ipsi excrucialis, ut sit sensus: ô inimice intendisti vastationem nostri, & voluisti eam consummare in perpetuum, quã belle verò hoc præstitisti, quã feliciter in destruendis Ecclesie incolis scopum tuum attigisti, sc. piorum memoria, ut volebas, periit; istorum, inquam, eorum memoria; Quinimò, vos estis, ô gentes, quas Deus increpavit, vos estis, quas Deus perdidit, & quarum nomen delevit in æternum. Atq; hic sensus est summè vehemens, & nihilominus includit excidium hostium, atq; evidenter repræsentat talionem; de quã postea *vers. 16.* dicitur.

VERSUS OCTAVUS.

ויהוה לעולם ישב מונן למשפט כסאיו

§ 12.

§. 13. Sequitur jam *αιτιολογια*. Nam hujus beneficii communis eadem *causa efficiens* affertur, quæ de beneficio singulari jam tùm antea commemorata erat, nempe, *Providentia Dei judiciaria*, in quâ describenda 1. ostendit *judicem*. 2. *ejus officium*. 3. *objectum judicii*. 4. *formam* seu modum.

§. 14. *Judicem* vocat שופט , per quem verum Deum intelligit & non alium qui propterea solus nomine hoc ceu proprio nuncupatur *Es. 42, 8. Exod. 3, 9. c. 15, 3. Jer. 16, 21.* ad designandam (1.) *essentia infinitatem & eminentiam*. Quia enim Deus omnis essentia fons & autor est, ideo & omnia in se habet, & ut *Damascenus* istud explicat, $\text{πῆλας ὁ ἐστὶ τῆς ὁσίας ἀπεργον ἔ, ἀὐτοῦ ἐστὶν}$ (2.) *perfectionem & independentiam*, quia ipse est הווי , essentia non essentiata, αὐτοῦ ἐστὶν , & tamen essentia omnia essentians. (3.) *immutabilitatem* tam in essentia, quam in voluntate, promissis ac factis, *Exod. 6, 3*. In hoc g. nomine הווי Psaltes describit *judicem* ab infinitate hostium finitati oppositâ; eaq; oppositio prefixo ל indicatur, quod Lutherus rectè adverbative vertit, *Abet*. Opponitur autem Deus gentibus inimicantibus 1. *quoad essentia infinitudinem*. Nam ille est IHOVAH, & a nullo factus vel creatus (*Chaldæus* refert ad filium Dei & reddit הווי וְהווי Verbum autem IHOVÆ) *He* sunt creatura & principium essendi à Deo habent. Ille est immutabilis neq; interitum aliquem patitur *Pf. 102, 26. 27*. Quod innuit David in Psalmo nostro verbo נשׂוּב , quod significat *permanere, perseverare*. Ideo & *Græci* h. l. vertunt, μῆρες : At hostes pereunt & memoria ipsorum cum ipsis 2. *quoad infinitudinem virtutis*: Deus sedet ut Rex & Judex, id quod infert Verbum נשׂוּב , quod non tantum notat *manere*, sed etiam *sedere*, quod est Regum, Judicum & Doctorum: At hostium frameæ & vastationes deficiunt tandem & finem habent, itâ ut nulla ipsis sit vis imperatrix. 3. *quoad infinitudinem durationis*. Deus in æternum manet & habitat; at hostium mansiones & civitates sunt destructæ.

§. 15. Officium hujus *Judicis* duplex est (1.) *constituere* seu *disponere thronum ad judicium*. $\text{יְהוָה יֹשֵׁב כִּסֵּא לְדוֹנֵי הַכִּסֵּא}$ *disponens ad judicium solium suum*. Thronus Dei, ut *vers. 5.* dictum est, notat potestatem ejus *judiciariam*. *Constituere autem thronum ad judicium* est ex potestate

testate illa sententiam ferre & decretū condere, qvōd postea executioni detur. Usurpat autem Psaltes verbum כונן, qvōd & firmitatem & certitudinem includit, & significat, *firmiter paravit, stabilivit, certificavit* & rectum fecit *Prov. 3, 19. Ps. 119, 90. Ps. 8, 4. 2. Sam. 7, 13.* Indē כֹּן notat id, qvōd est rectum ac firmum *2. Reg. 7, 9.*

VERSUS NONUS.

וְהוֹי יִשְׁפֹט תְּבַל כְּצַדִּיק יִדִּין לְאֻמִּים כְּמִשְׁרִיִּים :

S. 16. (2.) *Judicare* h. e. exsequi sententiam decretam, qvōd fit absolvendo innocentem, eumq; præmiis afficiendo, & condemnando fontem eumq; vindicando : וְהוֹי יִשְׁפֹט יִרְיִן *Salvianus l. 2. de prov. confert hunc versum cum vers. 5. ubi Deus dicitur sedere super throno & judicate juste, illumq; versum intelligit de judicio Dei in hac vitâ, eò qvōd in præsentî ibi Psaltes loqvatur, qvî judicas justè: Versum autem hunc accipit de judicio extremo qvîa verbo futuro Psaltes utatur: judicabit orbem terrarum, judicabit populos. Verba Salviani sunt: Verbum præsentis temporis (qvî judicas) denotat hoc tempore judicium à Deo exerceri. Qvōd autem alibi, nempe v. 9. & Ps. 93, 13. dicitur: Judicabis orbem terrarum in æqvitate, de futuro æternòq; judicio intelligendum est. Verum hic vers. 9. qvî agit de providentia Dei judiciaria, generalis est & includit omne Dei judicium, tam id qvōd ante finem mundi exercetur, qvâm id qvōd in extremo die exercetur. In utroq; enim pœnæ impiis infliguntur. Nec ponderis aliquid habet ratio, à futuri temporis (judicabit) significacione ducta. Nam, ut rectè monet *Buxtorffius l. 1. Thes. Gramm. c. 12 p. 95.* Verbum futurum in generalibus sententiis etiam includit præsens tempus, qvando agitur de re qvæ perpetuo esse aut fieri debet *Ps. 1, 2.**

S. 17. *Objectum* hujus Judicii est תְּבַל, qvæ vox notat תְּבַל אֶת-מִן-מִן orbem terrarum habitabilem *Job. 37, 12. Ps. 19, 5. & 24, 1.* Hic supponit pro יִשְׁבֵי תְּבַל omnibus hominibus ubicunq; terrarum degentibus. Undè *Targum* reddit, עַמַּא דְּתַרְעֵי, *populos terra, conf. qvâ Phrasin Ps. 96, 13. & 98, 9.* Ideò statim hos ipsos judicandos David vocat לְאֻמִּים populos ex communi omnium matre, nempe Evâ, pro gnatos. מִן enim matrem significat, undè est אִמָּא & per *αἰετός* literæ

literæ $\text{ל} \text{א} \text{נ} \text{ל}$ quod Nationem notat seu gentem ex una matre originem suam ducentem.

§.18. *Modus hujus judicii indigeratur nobis* (1.) per vocem $\text{ק} \text{ר} \text{צ}$ justitiæ. $\text{והוא ישפט רכל כצדק}$ & ille judicabit orbem in justitia h. e. juste, ita ut justitia modum præscribat judicandi. Nam Præpositio hæc cum nomine sæpè periphrasin Adverbiorum facit, ut in justitia sit juste, & in rectitudinibus sit rectissime judicari. Per $\text{ק} \text{ר} \text{צ}$ autem intelligitur particularis justitia, quæ Deus & sibi tribuit quod suum est, & creaturæ quod illius est, & pios absolvit, remuneratur, defendit ac liberat, impios autem condemnat, punit & vindicat, *Rom 3, 26. c. 13, 4. 2. Thes. 1, 6. &c.* *Latina Verus Versio* vocabulum $\text{ק} \text{ר} \text{צ}$ reddit & explicat per vocem *Æquitatis*, quæ vox valde est ambigua. Nam (1.) notat moderationem animi, quæ aliquid æquæ mente & patienter ferimus, ut ita æquitas sit quasi æquanimitas, virtus, quæ nec prosperis tollitur, nec adversis frangitur, juxta illud Horatii *l. 2. Carm. od. 3. Æquam memento rebus in arduis servare mentem: non secus in bonis insolenti temperatam læritia* (2.) æqualitatem, quam justitia particularis servat secundum proportionem. Sicut enim justum particulare est medium inter duo extrema, inter plus & minus, tanquam inter excessum & defectum ab æqualitate recedentia. Sic justitia particularis est virtus servans æqualitatem inter personas vel res. Hinc apud *Græcos* δικαιον dicitur quasi $\text{δίκαιον, ὅτι δίκαια ἐστίν}$, eò quod bifariam s. in duas partes æquales sectum sit, cum j. legitime administratur, sicut δίκης judex vocatur quasi δίκης quod æqualitatem servet, & ad eam revocet, quæ sunt inæqualia. (3.) Speciatim $\text{ἐπινοήσασιν τὸ νομῖμα δικάως}$ legis positivam correctionem s. interpretationem, limitationem, extensionem & ampliationem juris scripti, quæ fit à ponderante omnes facti circumstantias & aptante casum non tam ad verba, quam ad sententiam legis, de quâ vide *Phil. l. 5. Eth. Nicom. c. 7.* (4.) generalissime, *justitiam universalem*, s. rectitudinem & probitatem. Jam, si quærat, qui significatus æquitatis ad hunc locum spectet, primum planè excludimus. Cum a. significat particularem justitiam & notat æqualitatem in officio judicis requisitâ, tunc exprimit generatim vocem $\text{ק} \text{ר} \text{צ}$. Deniq; cum justitiam Universalem notat, non ad prius membrum hujus loci pertinet, sed ad posterius, cum Deus dicitur judicare

E
popu

populos במישרים. Et huc respexit *Lutherus in comm.* cum ait: *Latino Interpreti vocem æquivalitatis in posteriori membro; justitia autem vocabulum in priore fuisset usurpandum.* Verùm Latino interpreti usitata est æquivalitatis pro æqualitate, & sic pro justitia particulari acceptio.

§. 20. (2.) per vocem במישרים in *rectitudinibus*, quam *Græci* in singulari numero vertunt ἐν ἁλίστην. Usurpatur autem hic plurale, במישרים in *rectitudinibus*, h. e. in perfectissimâ rectitudine. Est enim inclusa hic & *perfectio partium* consistens in approbatione boni & de-
restatione mali; & *perfectio graduum*, quia rectitudo hæc est *essentia-*
lis, summa & immeasa.

VERSUS DECIMUS.

ויהי יהודי משגב לדרך משגב לעתור בצור:

§. 21. Hoc est *Secundū Beneficium commune*, quod Deus suæ Eccle-
siæ præstat, & æq; ac prius dependet à providètia judiciaria ceu effecti-
à sua causa. Hoc a. est *auxilium divinū & liberatio piorum ex periculis.* De-
scribit v. Psaltes hoc beneficium (1.) à *causa efficiente*, quæ est יהודי, quæ
vox suprâventilata est. *Chald.* iterum habet מימרארדי *Verbū Domini.*

§. 22. (2.) ab *Objecto*, quod est דרר pauper, humilis, despectus & con-
tritus, à רכה attrivit se, & in Niphal, attritus est. Usurpatur de cor-
de humili & pœnitente *Pf. 51, 19. LXX.* reddunt πένητι; *Cbrysofostomus*
autem τὸ Πενητισμὸς contrito, item τὸ Φλασμομὸς fracto.

§. 21. (3.) à *forma*, in voce משגב quæ notat *arcem, propugnaculum,*
locum editum, quo hostes perungere non possunt, & unde quis hostes
suos abigere potest, ita ut tutum in eo refugium haberi possit. Hinc
per *Metaphorâ* notat *liberationem, tuitionem, sospitationē.* sicut *Latina*
Vetus Versio in priore membro vertit hanc vocem per *refugium*; in
posteriore a. per *adjutorium.* Radix est שגב in loco sublimi stetit, & ex-
altatus fuit, tutus & servatus fuit *Prov. 18, 10.* מגדל צו שם יהודה בו.
צריק ונשגב ירוץ *Turris fortitudinis (fortissima) nomen Domini, in eâ*
curret justus, & exaltabitur i. e. tutus erit: egregie *Luth. und wird be-*
schirmet. In Pihelidem est, atq; exaltavit, in locum sublimem constituit,
quò hostis nō potest pervenire *Pf. 59, 2.* ממחקומי השגבני ab *insur-*
gentibus contrâ me exaltabis me. Ubi opponit David exaltationem di-
vinam elevationi & exaltationi hostium. *Lutherus h. l.* vertit schützen.
Conf.

Conf. Ps. 19, 14. Sensus ergo Davidis hic est: **ויהיה משגב לרך** *Erit Dominus arx edita pauperi*, h. e. eum tuebitur, sospitabit, & à periculis hostilibus immunem præstabit. Atq; hanc divinam tuitionem piorum mox denuo inculcat Psaltes, ad certitudinem ejus demonstrandam. Estq; elegans *h. l.* oppositio hominis pauperis & despecti, qui omnium quasi pedibus teritur, & arcis editæ in quam humilis ille & despectus tandem exaltatur.

S. 24. (4.) à *circumstantia temporis*, quæ est maxima opportunitas auxilii divini in rebus adversis. Dr. n. Deus arx edita s. refugium pauperi **לעזרת בצרה** in temporibus, s. omni tempore, quo ille est in ipsa angustia. Vox **ע** significat tempus & opportunitatem, cujus plurale est *tum* masculinũ *Es. 33, 6. Job. 24, 1.* cum femininum, quod *Pf. 31, 16. & b. l.* habetur cum præfixo **ו** & significat idem, quod in temporibus s. in tempore s. quoad secundam acceptionem, in opportunitatibus, tunc cum maxime opportunũ est. Cum hoc nomine cohæret sequens vocabulũ, per præfixum **ו**. Est verò illud **צרה** ipsa angustia, Femininũ à Masculino **צ**, quod denotat compressionem aut coarctationẽ gravẽ & ferè includibile à rad. **צ** compressit quomodo urbs ab hoste cingitur *Deut. 20, 12. Es. 29, 3.* aurum sub manu illud cõprimentis *Deut. 14, 25.* arctatur. Usurpatur nomen hoc de angustiis cordis *Pf. 25.* de angustiis Davidis in exiliis *1. Sam. 26, 24.* de torminibus parturientis & quidem primiparæ *fer. 43, 1. c. 30, 6. 7. c. 49, 24.* de anxietate Josephi à fratribus comprehensi *Gen. 42, 21.* &c. Hinc **צרים** vocantur hostes aliquẽ coarctantes & **αἰμαλαγνεις**, ita ut exitus non pateat *Pf. 3, 7.* Vocat a. David anxietatem suam angustiam vel sumtã translatione ab illis, qui aut labyrinthis irreriti nesciunt quomodo expedire se debeant, aut qui in angusti cujusdã loci fauces conjecti dubii sunt de exitu, aut qui pondere premuntur, adeo ut respirare nequeant, aut undiq; periculis circumcincti nullum **ἐπιβόσεως** vestigium perspiciunt: vel propter effectũ timoris. Cum n. timor sit expectatio futuri mali, prout eum describit *Scaliger exerc. 3, 12. sect. 1.* ideo cor comprimitur & constringitur quasi hoc motu tanquam fugiens futurum malum, quo sensu *Nazianzenus in Omt. de Pace* **λύτην** dixit **δεσμὸν καρδίας**. Unde *Pf. 18, 34.* Conf. *Pf. 4, 2.* Paulus *Rom. 2, 9.* vocat **θλίψιν ἢ στενωπὴν**.

§. 25. Effet g. Elliptica oratio in his duobus vocabulis, quæ sic ex-
 pletur: *In omni tempore oportuno s. in oportunitatibus cum aliquis est in
 ipsa angustia.* Insimul notetur significantia, quæ præbet articulus præ-
 positivus ך̄ latens in litera ך̄ & indicatus per *Dages*, ac propter aliud
 præfixum quod antecedit omisus. Significatur ergo Deum non sta-
 tim eo tempore & modo, quo homines volunt, juvare, sed in ipsa vel
 media angustia, cum omne humanum auxilium deficit, esse adjutorē,
 LXX. *b. l. & Ps. 10, 1.* vertunt ἐν ὀλιγοῖσιν ἐν ἀνάγκῃ. *Aquila* autem
 ἐν κρείσσιν, & *Symmachus* ἰσχυροῦς ὀλιγοῖσιν. *Kaies* a. notat non
 simpliciter tempus, sed *tempus opportunum, occasionem aliquid efficiendi.*
 Ideoq; hoc vocabulo voluerunt LXX. exprimere alteram significa-
 tionē Hebrææ vocis, cum pro opportunitate sumitur, & docere quod
 Deus in sua liberatione spectet articulum quem ipse præstituit, & o-
 portunitatē juvandi pios, qui articulus est in ipsa angustia, cum omnium
 maximè occisæ sunt & arctæ res piorum. Ibi enim opportunissimum,
 & inprimis necessarium est divinum auxilium. Eadem hæc phrasis si-
 mili ἐμὸν ὄσσει habetur *Ps. 10, 1.* Ubi eadem quoq; μεταφράσει usi sunt
 LXX. *Interpretes.*

VERSUS UNDECIMUS.

וּבְמַתְחוֹ כִּי יוֹדְעֵי שְׁמֶךָ כִּי לֹא עֹבְרִים דְּרִשְׁיֶךָ

§. 26. (5.) Amplificat hoc beneficium à *fructus. effectu* per Apo-
 strophē ad Deum, & simul declarat qualitates s. requisita clientium
 Dei, quos antea appellatione pauperis indigetaverat. *Conditio prima* est
 דַּעַת הַשֵּׁם *vera notitia Dei* שְׁמֶךָ יוֹדְעֵי *qui noverunt nomen tuum. i. e.*
 qui teipsum ex verbo tuo agnoverunt, justum, optulatorē, & dilexe-
 runt. Verbum יָדַע n. & *notitiam & affectum* includit. Nosse a. nomen
 Dei h. e. Deum. est ex Verbo ejus cognoscere illum, & diligere ut sum-
 mum Bonū cujus nomen est: Ego sum qui sum *Exod. 3, 14.* non a. ad-
 hære terrenis & caducis rebus, quæ, ut *Augustinus in b. l.* loquitur,
 temporis volubilitate præterfluunt, nihil habentes, nisi *Erit & Fuit,*
 quoniam quod in illis futurum est, cum venerit, fit statim præteritū,
 & expectatur cum cupiditate, amittitur cum dolore. In Dei a. natura
 non erit aliquibus quasi nondum fit, aut fuit quasi nō fit, sed est tantum
 id quod est & ipsa æternitas: *Secunda Conditio* est דְּרוֹשׁ יְהוָה *Deum*
querendi studium ardens & serium. Sic enim emphasin vocis Hebrææ,
 quæ

quæ est à rad. שרר quæsit, consilium & opem petiit, exprimunt *Græci* verbo *ἐκζητῶντες*, i. e. *perquirentes*, vel *summo studio quærentes*. In *N. T.* quoq; τῷ שרר respondet *ἐκζητῶν* *Ps. 14, 2.* cum *Rom. 3, 11.* quod dicit exactissimum alicujus rei, quæ vel planè non adest, vel non adest eo modo quo adesse debet, vel etiam amissa est, scrutinium *Heb. 11, 6.* Quæritur autem Deus piis precibus, gratiarum actione pro beneficiis præstitis & studio novæ obedientiæ.

§. 27. Caterum fructus s. usus hujus secundi beneficii divini est *incrementum fiducia priorū*, כר ויבטחו & *sperabunt*, vel, quod melius est, *fiduciam habebunt in te*. Intelligitur n. fiducia tam fidei, quam spei, cuius utriusq; nominat i. *objectum*, כר, in te. Domine, vel, ut *Chaldeus* habet: כסברותך in verbo tuo. Excluduntur g. omnia humana præfidia. 2. *causam efficientem*, כי לא עזבת דרשיך quod non derelinquas quærentes te. Qua phrasi illustrat id quod præcedente versu dixit, Deū pauperi esse *instar arcis editæ*, vel *excelsæ turris*: derelinqui n. dicitur, qui ex miseriæ, quæ premitur, squalore nõ extollitur & liberationis ope destituitur. Deus a. qui juvat, tuetur, curat, suscipit & extollit pauperè, non derelinquere illum dr. id quod ex experientia se edoctum esse David testatur *Ps. 37, 28. 29. 33.* Atq; hæc explicatio phraseos expressa est *Ps. 91, 13.*

CONCLUSIO
PARTIS PRIMÆ
EX VERSU XII. ET XIII.

VERSUS DUODECIMUS.

זמרו לוי ישב ציון הגירו בעמים עלילותיו

§. 1. Conclusionem, quam initio Psalmi de singularibus beneficiis conceptam proposuerat David, jam ad communia beneficia accommodatam cum additis rationibus reperit atq; apostrophen instituit ad omnes pios, seu, vera Ecclesiæ membra. Id enim subjectum b. l. exprecedentibus est subintelligendum.

§. 2. *Predicatum a.* Conclusionis duobus verbis Psalter complectitur, quod utrumq; suis *Objectis* determinatur. *Primum* Verbum est זמר *psallere*, h. e. corde, lingua & musicis instrumentis celebrare. Vide *explic. vers. 3.* *Objectum* celebrationis hujus Musicalis est ציון ישב ירוהוה *Deus habitans in Tziona*, h. e. gratiose præfens in Ecclesia. Nam habitatio b. l. nihil aliud est, quam præsentia Dei, quæ per suam gratiã operosus

rofus & efficax est, ac dominatur & judicat. Quia enim præsentia Dei
 includit non tantum substantialem propinquitatem, sed etiam propin-
 quitatem operationis: idè Spir. S. h. l. eam indicat verbo **דוּשׁ** *habi-*
tare, Metaph. sumptà à re domesticà, ubi Pater familiàs non tantum
 quoad substantià suam adest, sed etiam pro arbitrio disponit & guber-
 nat familiam. *Græci* utuntur verbo **κατοικῶντι**, *inhabitant*, similiter no-
 tantes gratiosam operationem & dominium. Nam **οικῶν** sæpè notat
 efficacitatem, ut *Rom. 7, 20.* cum peccatum dicitur in nobis **οικῶν**, *habi-*
tans, & *Rom. 8, 11.* ubi Spirit. S. dicitur **πνεῦμα ἐνοικῶν**, *in habitans in*
nobis, h. e. & secundum substantiam, & secundum gratiosam guber-
 nationem s. ratione charismatum nobis præsens. **יְצִיִן** *TZion* a. erat
 mons altissim⁹, qui civitatem Jerusalem forma semicirculi ambiebat
 toro Australi tractu, eratq; ei loco arcis & propugnaculi in eminente
 rupe fundatus, quem cum David Jebusæis multis retro annis eum oc-
 cupantibus eripuisset, inq; plateas distinctū magnificis ædibus instru-
 xisset, dicta est arx Davidis *2. Sam. 5, 7-9. 2. Par. 5, 2.* Cumq; Arx regia in
 vertice hujus montis esset exstructa, quam David & ipsius in regno
 successores inhabitabant, ac sepulcra sua in eadem habebāt, idè sedes
 Davidici regni fuit habita, in quo successurus expectabatur Messias.
 Dicitus fuit **יְצִיִן** à specula, quia erat excelsus & à longinquo videri po-
 terat. Habuit a. Hierosolyma duos montes, quorum primus peculia-
 riter dicitus fuit TZion, in cujus una parte exstructa erat urbs David, in
 altera, quæ declivior erat, jacebat arx Davidis, & subjectam urbem in-
 feriozem habebat. Secundus mons erat humilior in quo stabat Tem-
 plum, & vocabatur Moria. Videatur *Josephus lib. 5. de bell. Jud.* TZion
 sæpè pro tota Hierosolyma usurpatur, & Mystice notat Ecclesiam N. T.
Pf. 2, 6. Ps. 110, 2. Apoc. 14, 1. tum quia Templum in eà exstructum præfi-
 guravit Ecclesiam N. T. *tum* quia Hierosolymis primò omnium pro-
 mulgatum est Evangelium & cæpit Ecclesia N. T. *Es. 2, 23. Mich. 4, 2.*
tum propter attributa TZionis, quia ut TZion erat mons excelsus; sic
 Ecclesia N. T. est maximè conspicua. *Ubi* ibi conveniebant homines ad
 cultum Dei; sic Ecclesia est cætus s. congregatio hominum verbum
 Dei amplectentium & juxta id Deum colentium &c. Ergo **יְהוָה**
יֹשֵׁב צִיּוֹן *Deus habitans in Tzione* est Deus gratosè præsens in Ecclesia.
 §. 3. Alterum verbum est **הַגִּיד** *indicare, annunciare*, quasi **מַגִּיד**
 coram

corā & è regione res gestas exponere. Usurpatur de solenni prædicatione, quā res olim facta recolitur *Exod. 13, 8.* Valet idem quod Græcis ἀναγγέλλειν, quod etiam *Ps. 19, 2.* adhibent LXX. Notat ergo hoc Verbum tale officium piorum, quo facta Dei memorant, aliisque ignorantibus, qui *b. l. ימים* dicuntur, patefaciunt, & ad posteros etiam propagant, sicut Verbum ἀναγγέλλειν *1. Cor. 11, 26.* usurpatur. Objectum hujus annunciationis sunt עיריות actiones s. facinoræ Dei, à rad. עיר quæ significat agere, moliri, & consultè ac studiosè cumq; cura artificiosè agere. Ideò nomē plurale עיריות apud *Chrysofost.* vertitur μηχανήματα molimina; à *Symmacho* μηχανὰς, artificia. Chaldæus in genere reddit עברוי opera, & ut *Junius* exponit; res gestas. LXX. apud *Esc. 12, 4.* ubi ferè iisdem verbis hæc *Psaltis* sententia recitatur, vertunt ἐνδοξα, gloriosa, atq; ità hoc vocabulum responderet voci נפרות *vers. 2.* Hic exponunt per שטודיום, quemadmodū *Latina* *Vetus* per *Studia.* Studium a. *definiente* *Cicerone* *lib. 3. de Invent.* est assidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio. Significat ergò *Psaltes* hæc voce beneficia illa judiciaræ Dei providentiæ, quā hostes Ecclesiæ punit, ac pios tuetur & defendit *vers. 6. & 10.* Hæc enim sunt consilia, hæc studia Dei, hæc sunt artes & ardua ejus molimina atq; opera.

VERSUS DECIMUS TERTIUS.

כִּדְרוֹשׁ רַמִּים אֹתָם זָכַר לֹא שָׁכַח צַעֲקַת עֲנִיִּים


§. 4. Invitavit hæctenus David omnes verè pios ad celebrationem IHOUÆ propter gratiosam, & efficacissimam præsentiam in Ecclesia: nunc invitationis suæ rationem addit, dum illis beneficia latius antehac commemorata *vers. 6. 7. 10. & 11.* strictim revocat in memoriam, ac denuò in duas classes dispertit.

§. 5. Primum beneficium est requisitio sanguinis piorum, כִּדְרוֹשׁ רַמִּים, quia requirit sanguinem sc. piorum. Quæ phrasis desumpta est ex *Gen. 9, 5.* ubi ter usurpata invenitur. Requiritere a. Deus dicitur (1.) illud quod magnificat aut curat, ut *Deut. 11, 12.* אֶרֶץ אֲשֶׁר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ דֹרֵשׁ אֶתְּהָא Terra, quæ quærit Dominus Deus tuus, h. e. ut *Luth.* reddit in Germanicâ Versione, auffs welsch Land der Herr dein Gott acht hat. Quam explicatione confirmant etiam sequentia verba exegetica תִּמְדַּע עֵינֶיךָ אֶתְּהָא

הו ארהיך כה (2.) quod ulciscitur. Sic Ps. 10, 13. dicit impius in corde suo לא תדרש לא non quæres Deus i. e. non vindicabis. רמים v. f. sanguines apud Hebræos frequenter notant homicidia, in quibus sanguis hominū multiplicatus & in magna copia effunditur Gen. 4, 10. Alias, vox sanguinis in numero plurali significat quodvis factum crudele, quo alter alteri vim infert & bona ac facultates eripit, quibus homo sustentari possit, non secus ac anima s. vita est in sanguine Hab. 2, 12. Hinc רמים vir sanguinū est vir sanguinari⁹, homicida & tyrānus Ps. 5, 7

S. 6. Secundum beneficium est piorum recordatio, ואתם זכר recordatur eorum h. e. asserit & liberat eos. Licet n. Deus semper habeat suorum notitiam practicam Ps. 1, 6. tamen cum differt auxilium, juxta affectum infirmorum videtur illorum quasi non recordari, eosq. non curare. Vocem ואתם eorum, aliqui referunt ad רמים, quorum Deus recordatur; alii per anticipationē ad עניים. De quibus in sequentibus verbis: לא שכח צעקת עניים non est oblitus clamoris pauperum. Iterum Psaltes notat curam Dei erga pios, quos describit (1.) ab adjuncta mansuetudine & modestiā, quā se Deo dedit & humiliant sub potenti manu ejus. Nomē עני significat afflictus & fortune hominē, qui non tantum facultatibus attenuatus & aeger est Job. 24, 4. Sed etiam quavis afflictione affectus semper habet cum quo colluctatur Ps. 10, 2, 9, 12. ac propterea humilis & mansuetus est Es. 61, 2. Zeph. 3, 12. Zach. 9, 9. Sunt g. עניים tales homines, qui ex afflictione sunt misericordes & mansueti Num. 12, 3. Ps. 25, 9. Ps. 18, 28. Es. 66, 2. juxta illud: Non ignara mali miseris succurrere disco. Hanc qualitatem piorum deducit R. David Kimchi ex anomala scriptione: Nam secundum literas hac vox significat pauperes עניים ab עני secundū puncta v. notat humiles, mansuetos & modestos עניים ab ענו. Intelliguntur g. hic non quilibet pauperes, sed pii & qui modestē de se sentiunt, suā indignitatem erga Deum agnoscūt, & pauperes sunt Spiritu Matt. 5, 2. (2.) à clamore s. precibus seriis & ardentibus, s. ille sint עני דא דא & intus in cordis penetrabilibus cōcepta s. עני עני ac foris per sermonē prolata. Precibus n. Deo, qui videtur quasi oblitus esse nostri dum auxiliū differt; refricamus veluti memoriā, ut de nobis cogitet. Oblivisci a. opponitur partim רש לא, partim etiā לא זכר. Qui n. alterū oblivioni tradit, testatur se eum non quærere & parvi aestimare. Proinde divina liberatio piorum intelligitur, cum Deus dicitur nō oblivisci clamoris pauperis. Nā Scr. eandem rem, quā affirm. enunciavit, mox etiam negat. interdum solet edisserere ad orationis vim augendam. Job. 5, 20.

ההלה לשם שמים;



corā & è regione res gestas exponere. Usurpatione, quā res olim facta recolitur *Exod. 13, 8.* *ἄναγκάων*, quod etiam *Pf. 19, 2.* adhibent LXX. Verbum tale officium piorum, quo facta Dei mentibus, qui *b.l.* *נורים* dicuntur, patefaciunt, & adgant, sicut Verbum *ἄναγκάων* *1. Cor. 11, 26.* hujus annunciationis sunt *עלילותיו* actiones s. quæ significat agere, moliri, & consultè ac studio agere. Ideo nomē plurale *עלילות* apud Chryso- molimina; à *Symmacho* *μολινας*, artificia. *חבריו* *עובדיו* opera, & ut Junius exponit; res gestas. A ferè iisdem verbis hæc *Pfaltis* sententia recitaturiosa, atq; itā hoc vocabulum responderet voci exponunt per *חבריו* *עובדיו*, quemadmodū *D. Studium a. desiniente Cicerone lib. 3. de Invent.* ad aliquam rem applicata magna cum voluptate cat ergo *Pfaltis* hæc voce beneficia illa iudicat quā hostes Ecclesiæ punit, ac pios tuetur & defenim sunt consilia, hæc studia. Dei, hæc sunt amina atq; opera.

VERSUS DECIMUS T

אורחם זכר לא שכח צעקה עניי:

§. 4. Invitavit hæctenus David omnes verè IHOVÆ propter gratiosam, & efficacissimam nunc invitationis suæ rationem addit, dum illi hæc commemorata *vers. 6. 7. 10. & 11.* strictim & denuò in duas classes disperit.

§. 5. Primum beneficium est requisitio sanguinis, quia requirit sanguinem sc. piorum. Quæ phras, ubi ter usurpata invenitur. Requiritere a. quod magnificat aut curat, ut *Deut. 11, 12.* *דרוש ארצה* Terra, quæ quærit Dominus Deus tuus, h. e. manicà Versione, aufß welch Land der Herr dein explicatione confirmant etiam sequentia verb



prædica.
dGracis
hoc Ver-
gnoran-
propa-
objectum
rad. על
artificiosè
ווהוא
e reddit
12. 4. ubi
זא, glo-
2. Hica.
Studia.
hemens
Signifi-
dentia,
10. Hæc
us moli-

tionem
Ecclesia:
us ante-
rioriam,
כידור
ex Gen.
(.) illud
ארץ
in Ger-
Quam
תמיד
הו אלה